Bijlage VWO

2023

tijdvak 1

Latijnse taal en cultuur

Tekstboekje

VW-1110-a-23-1-b

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Tekst 1

Jaloezie gaat op bevel van Minerva naar Aglauros toe.

Ze lacht uitsluitend als ze weet van andermans verdriet,
geniet geen slaap, omdat ze wakker ligt van schrikgedachten;
ze loert afgunstig op succes van mensen en ze kwijnt
al loerend weg: ze proeft ervan én wordt beproefd, en daarmee
wekt ze haar eigen kwelling. – Ondanks diepgevoelde haat
riep de godin Minerva haar nu toch dit kort bevel toe:
'Ga één van Cecrops' dochters met je pus vergiftigen,
doe wat ik zeg! Aglauros heet ze…' en maakte dat ze wegkwam,
zich met haar lans afzettend van de grond, geen woord te veel.
De ander ziet met scheve ogen hoe Minerva wegvliegt,
sputtert wat binnensmonds, omdat het pijn doet die godin
haar zin te geven, grijpt dan toch haar staf, die is omwikkeld
met doornprikkels, en in donker wolkenkleed gehuld
gaat ze, en waar ze gaat vertrapt ze bloeiende gewassen,
grassen verschroeit ze en papaverbollen breekt ze stuk
en met haar adem blaast ze gif uit over mensen, steden
en huizen…, tot ze eindelijk Athene's burcht bereikt,
waar zóveel rijkdom, macht en feestelijke vrede heersen,
dat zij, omdat ze niets te huilen ziet, zelf huilen moet.
Sed postquam thalamos intravit Cecrope natae,
iussa facit pectusque manu ferrugine tincta
tangit et hamatis praecordia sentibus implet
inspiratque nocens virus piceumque per ossa
dissipat et medio spargit pulmone venenum.
Neve mali causae spatium per latius errent,
germanam ante oculos fortunatumque sororis
coniugium pulchraque deum sub imagine ponit
cunctaque magna facit. Quibus inritata dolore
Cecropis occulto mordetur et anxia nocte,

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

807 anxia luce gemit lentaque miserrima tabe
808 liquitur, ut glacies incerto saucia sole,
809 felicisque bonis non lenius uritur Herses
810 quam cum spinosis ignis supponitur herbis,
811 quae neque dant flammas lentoque tepore cremantur.
812 Saepe mori voluit, ne quidquam tale videret,
813 saepe velut crimen rigido narrare parenti;
814 denique in adverso venientem limine sedit
815 exclusura deum. Cui blandimenta precesque
816 verbaque iactanti mitissima "Desine," dixit;
817 "hinc ego me non sum nisi te motura repulso."
818 "Stemus" ait "pacto" velox Cyllenius "isto"
819 caelestique fores virga patefecit; at illi
820 surgere conanti partes quascumque sedendo
821 flectimur ignava nequeunt gravitate moveri.
822 Illa quidem pugnat recto se attollere trunco,
823 sed genuum iunctura riget frigusque per ungues
824 labitur et pallent amisso sanguine venae;
825 utque malum late solet immedicabile cancer
826 serpere et inlaesas vitiatis addere partes,
827 sic letalis hiems paulatim in pectora venit
828 vitalesque vias et respiramina clausit.
829 Nec conata loqui est nec, si conata fuisset,
830 vocis habebat iter; saxum iam colla tenebat
831 oraque duruerant signumque exsangue sedebat.
832 Nec lapis albus erat; sua mens infecerat illam.
833 Has ubi verborum poenas mentisque profanae
834 cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras
835 linquit et ingreditur iactatis aethera pennis.

Ovidius, Metamorphoses 2.778-835

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Tekst 2

Deianira verdenkt Hercules van ontrouw.

134 Longa fuit medii mora temporis, actaque magni
135 Herculis implerant terras odiumque novercae.
136 Victor ab Oechalia Cenaeo sacra parabat
137 vota Iovi, cum Fama loquax praecessit ad aures,
138 Deianira, tuas, quae veris addere falsa
139 gaudet et e minimo sua per mendacia crescit,
140 Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.
141 Credit amans Venerisque novae perterrita fama
142 indulsit primo lacrimis flendoque dolorem
143 diffudit miseranda suum; mox deinde "Quid autem
144 flemus?" ait "Paelex lacrimis laetabitur istis.
145 Quae quoniam adveniet, properandum aliquidque novandum est,
146 dum licet et nondum thalamos tenet altera nostros.
147 [Conquerar an sileam? Repetam Calydona morerne?
148 Excedam tectis an, si nihil amplius, obstem?]
149 Quid si me, Meleagre, tuam memor esse sororem
150 forte paro facinus, quantumque iniuria possit
151 femineusque dolor, iugulata paelice testor?"
152 In cursus animus varios abit; omnibus illis
153 praetulit imbutam Nesseo sanguine vestem
154 mittere, quae vires defecto reddat amori.

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

155 Ignaroque Lichae quid tradat nescia luctus
156 ipsa suos tradit blandisque miserrima verbis
157 dona det illa viro mandat. Capit inscius heros
158 induiturque umeris Lernaeae virus echidnae.
159 Tura dabat primis et verba precantia flammis
160 vinaque marmoreas patera fundebat in aras;
161 incaluit vis illa mali resolutaque flammis
162 Herculeos abiit late dilapsa per artus.

Ovidius, Metamorphoses 9.134-162

Afbeelding 1



gravure door H.S. Beham, 1546

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Ga verder op de volgende pagina.

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Tekst 3

Het huis van Fama.

43 Fama tenet summaque domum sibi legit in arce,
44 innumerosque aditus ac mille foramina tectis
45 addidit et nullis inclusit limina portis;
46 nocte dieque patet. Tota est ex aere sonanti,
47 tota fremit vocesque refert iteratque quod audit.
48 Nulla quies intus nullaque silentia parte,
49 nec tamen est clamor, sed parvae murmura vocis,
50 qualia de pelagi, si quis procul audiat, undis
51 esse solent, qualemve sonum, cum Iuppiter atras
52 increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
53 Atria turba tenet; veniunt, leve vulgus, euntque
54 mixtaque cum veris passim commenta vagantur
55 milia rumorum confusaque verba volutant.
56 E quibus hi vacuas implent sermonibus aures,
57 hi narrata ferunt alio, mensuraque ficti
58 crescit, et auditis aliquid novus adicit auctor.

Ovidius, Metamorphoses 12.43-58

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Tekst 4

Sol, de zonnegod, is verliefd op Leucothoe, die dat nog niet weet. Sol wil Leucothoe graag eens bezoeken.
In het begin van de onderstaande tekst wordt beschreven wat de paarden van Sol gewoonlijk doen als ze 's avonds laat klaar zijn met hun werk. Daarna wordt beschreven dat Sol 's nachts bij Leucothoe en haar dienaressen in de kamer komt. Hij is vermomd als haar moeder Eurynome.

214 Axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum.
215 Ambrosiam pro gramine habent; ea fessa diurnis
216 membra ministeriis nutrit reparatque labori.
217 Dumque ibi quadrupedes caelestia pabula carpunt
218 noxque vicem peragit, thalamos deus intrat amatos,
219 versus in Eurynomes faciem genetricis, et inter
220 bis sex Leucothoen famulas ad lumina cernit
221 levia versato ducentem stamina fuso.
222 Ergo ubi ceu mater carae dedit oscula natae,
223 "Res" ait "arcana est; famulae, discedite, neve
224 eripite arbitrium matri secreta loquendi."
225 Paruerant, thalamoque deus sine teste relicto
226 "Ille ego sum" dixit "qui longum metior annum,
227 omnia qui video, per quem videt omnia tellus,
228 mundi oculus. Mihi (crede!) places." Pavet illa, metuque
229 et colus et fusus digitis cecidere remissis.

Hierna neemt Sol zijn eigen gedaante weer aan.

Ovidius, Metamorphoses 4.214-229

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Aantekeningen

regel 214 **Axe sub Hesperio** in het westen

regel 215 **ea** *(nominativus) Hiermee wordt verwezen naar* **Ambrosiam** *(regel 215).*

regel 216 **ministerium** taak

regel 218 **vicem peragere** beginnen
amatus van degene op wie hij verliefd was

regel 219 **in faciem verti, versus sum** *+ genitivus* de gedaante aannemen van
Eurynomes *genitivus van* **Eurynome**

regel 220 **bis sex** *(onverbuigbaar)* twaalf
Leucothoen *accusativus van* **Leucothoe**
ad lumina bij het licht van olielampjes

regel 221 **levia** *t/m* **fuso** terwijl ze *(= Leucothoe)* wol aan het spinnen was

regel 223 **neve** en niet

regel 224 **arbitrium** mogelijkheid

regel 225 **thalamo relicto** *ablativus absolutus*

regel 226 **longum metiri** *+ accusativus* de lengte bepalen van

regel 227 **omnia qui video** = **qui omnia video**
tellus de mensheid

regel 228 **illa** *nominativus vrouwelijk enkelvoud*

regel 229 **colus** draad
fusus spoel *(voorwerp dat gebruikt wordt bij het spinnen)*
remittere slap worden

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.